



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiæ Vanitate, qua superioris  
ætatis homines, doctrinam & religionem suam  
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus  
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

**Sarcerius, Erasmus**

**Francoforti, 1541**

**VD16 S 1775**

EE Hvmilitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29838**



## DE LIBERTATE CHRIST. 79

ria, connotat eam esse sine poena. Libertas à necessitate, connotat eam non posse cogi. In prima restauramur à gratia, media reseruat<sup>2.</sup>ur nobis in patria. Iudicatur prima libertas naturæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Prima habet multum honoris, secunda multum uirtutis, tertia multum iocunditatis.

Secundum alios distinguitur libertas, in libertatem naturæ, in libertatem gratiæ, & in libertatem gloriæ. Libertas naturæ est à coactione, libertas gratiæ est libertas à culpa, libertas gloriæ est libertas à miseria.

## DE CRUCE.

Quisq; Christianorum debet sibi imponere crucem, ut sit, quod mortificet carnem.

Cruce ex opere operato meretur iustitiam & uitam æternam.

Supplicia facinorosorum stant pro illorum delictis ad salutem.

Cruce armis Papalibus insigniter erecta, cruci Christi præualet, aut ad minus æquualet.

Non omnis uita cruce & martyrium est, alio qui mortui iusti amittunt crucem & martyrium, quæ duo tamen retinent habitu.

## DE HUMILITATE.

Verè humiles sunt, qui externis gestibus, ut  
sunt,



## DOCTRINA SCHOLAST.

stituta, ceremonijs, ritibus, & alijs externis obseruationibus incedunt.

Humiliatio est qualitas & uirtus in nobis.

Humiliatio ex opere operato iustificat, & meretur uitam æternam.

Humilitatis in uita æterna certi sunt gradus & ordines, singularia præmia &c.

## DE SACRAMENTIS IN

*Supra 50 a.* genere, item de confirmatione & extrema unctione.

*Infra 89 a.* Sacramenta noui testamenti iustificat, & conferunt gratiam ex opere operato.

Sacramenta noui Testamenti iustificat etiam eos, qui non ponunt obicem, hoc est, qui non credunt. *Supra 6. a. infra 207. a.*

*Infra 207. a.* Sacramenta numero septem sunt. *50. a. 57 a.*

Sacramenta sunt quædam, quæ tamen non habent annexas promissiones.

Quia in sacramentis & circa sacramenta magna mysteria peraguntur, quare æquum est, multis ceremonijs illa adornare.

Sacramenta non simpliciter colenda sunt, sed & adoranda.

Possumus nos præparationibus nostris dignos facere sacramentis.

*Infra 207. a.* Sacramentum fidei, non fides sacramenti iustificat. Sacra-